



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119185**

§. 82. Index textuum ex Jansenii libro, in quibus propositiones ab Innocentio X. damnatae.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

Sæc. XVII. „ralibus apud Sorbonam die ultima  
A. C. 1655. „Januarii, anno Domini millesimo sex-  
 „centesimo quinquagesimo sexto & con-  
 „firmatum die prima Februarii ejus-  
 „dem anni. „

Hoc decretum unacum Facultatis  
 censura die prima Februarii in publica  
 Doctorum confessu fuit prælectum, con-  
 firmatum, ac demum decima octava  
 die ejusdem Mensis a Decano & a pluri-  
 quam centum Doctoribus & sex Episcopis  
 subscriptum fuit.

§. LXXXII.

*Index textuum ex Jansenii libro, in  
 quibus propositiones ab Inno-  
 centio X. damnatae.*

Quoniam vero tam Arnaldus, quam  
 ejus Amici identidem obtende-  
 rent, quod post assiduam lectionem, in  
 Jansenii libro quinque propositiones  
 ab Innocentio X. damnatas inveniri  
 non potuerint, proin Pontifex, eas  
 in hoc libro reperiri, atque in sen-  
 tentia Jansenii esse proscriptas, definire haud  
 potuerit, hinc quidam sacrae Facultatis  
 Magistri ex Jansenii Augustino indicem  
 composuerunt illorum textuum, in quibus  
 propositiones ab Innocentio X. proscriptas  
 contineri existimabant. Hujus Indicis  
 tenor est sequens:

PRO-

## PROPOSITIONES

ab Innocentio X.  
damnatæ.

## PROPOSITIONES

Augustini Cornelii  
Jansenii T'prensivis  
Episcopi.

Aliqua Dei præ-  
cepta hominibus  
justis volentibus,  
& conantibus, se-  
cundum præsentem  
quas habent vires,  
sunt impossibilia,  
deest quoque gra-  
tia, qua possibilia  
fiant.

„Ex Cap. 13. lib. 3. de gratia  
Christi Salvatoris, cui titulus  
est. *Esse quamdam voluntatis in-  
firmitatem, qua non potest certas  
tentationes superare, nec adest gra-  
tia, qua superentur, nec Spiritus  
orationis, quo vires impetrentur.*  
„Ex hac indubitata doctrina  
quædam non parvi momenti  
ad hanc rem spectantia infe-  
runtur, & clarescunt. Primum  
quidem, esse quædam homini  
præcepta secundum statum &  
vires, in quibus constitutus  
est, impossibilia, §. *ex hac. se-  
cundum, non adesse semper  
gratiam, qua possimus, hoc  
est, qua illa eadem præcepta  
implere sufficiamus, §. Se-  
cundum.*„

„Tertium, hanc impotentiam  
reperiri non solum in excæca-  
tis & obduratis, & infideli-  
bus, de quibus nunquam Au-  
gustinus vel Ecclesia, sed so-  
lum Scholastici nonnulli ex  
humanis rationibus dubita-  
runt

Q 5

runt



„runt, sed etiam fideles iusti,  
 „qui & fidem Christi, & chari-  
 „tatem iustitiæ susceperunt.

„§. *Tertium.*

„Hæc igitur omnia plenissi-  
 „me planissimeque demonstrant,  
 „nihil esse in sancti Augustini  
 „doctrina certius ac fundatius  
 „quam esse præcepta quædam  
 „quæ hominibus non tantum  
 „infidelibus, excæcatis, obdu-  
 „ratis, sed fidelibus quoque  
 „iustis, volentibus, conantibus  
 „secundum præsentem, quas de-  
 „bent vires, sunt impossibilia  
 „deesse quoque gratiam, quæ  
 „fiant possibilia §. hæc igitur.

„Ex cap. 16. lib. 4. tom. 1.  
 „Cui titulus est: *Argumenta non*  
 „*nulla, quibus non peccandi pos-*  
 „*sibilitatem astruunt.*„

„Instantissime hoc idem in-  
 „culcat Pelagius, ut virginitatem  
 „Demetriadi possibilitatem per-  
 „fectionis persuadeat. Adiecit  
 „himus, inquit, iniquitatem  
 „iusto, pio crudelitatem, dum  
 „eum primo impossibile aliquid  
 „præcepisse conquerimur. Et  
 „post multa in eandem senten-  
 „tiam: nec impossibile aliquid  
 „voluit imperare, qui iustus  
 „est.

„est: nec damnaturus hominem  
 „fuit pro eo, quod vitare non  
 „potuit, qui pius est; quæ ver-  
 „ba graviter reprehendit, re-  
 „fellitque Beda, tametsi per-  
 „peram putet esse verba Julia-  
 „ni. Vides, arbitror, quanti  
 „hoc argumentum facerent Pe-  
 „lagiani. §. *per hanc.*

„Constat adhuc, hanc esse  
 „Janfenii doctrinam, ex duplici  
 „illius principio. Primum est,  
 „gratiam per seipsam efficacem  
 „seu medicinalem, ad singulos  
 „actus bonos esse simpliciter ne-  
 „cessariam. Secundum est, gra-  
 „tiam sufficientem esse Semi-  
 „pelagianorum commentum.  
 „Ex his sic infertur prædicta  
 „Janfenii propositio. Justus,  
 „quando a justitia cadit, non  
 „habet gratiam efficacem, quia  
 „non caderet, non habet suffi-  
 „cientem, quia illa supponitur  
 „proscripta a Janfenio, tanquam  
 „hæretica, ergo nullam habet  
 „gratiam ad præceptum im-  
 „plendum, & peccatum vitan-  
 „dum, ergo caret potentia, er-  
 „go præceptum est illi impossi-  
 „bile, & peccatum inevitabile.

II. Ex

## II.

*Interiori Gratia  
in Statu naturæ  
lapsæ nunquam re-  
sistitur.*

## II.

„Ex cap. 25. lib. 2. de gratia  
Christi Salvatoris, cui titulus  
est. Decimo, ejus efficacissima na-  
tura declaratur, ex eo, quod nati-  
prorsus effectu caret, sed eum in  
omnibus, quibus datur, infalli-  
biliter operatur.

„Primo igitur hoc probat,  
quod apud Augustinum gratia  
& opus bonum ita reciproces-  
tur, ut quemadmodum et  
gratia data mox effectum ope-  
ris consecutum inferri solet.  
ita vice versa ex defectu ope-  
ris gratiam non esse datam.  
Quo ratiocinandi modo indi-  
catur, gratiam tanquam cau-  
sam & operationem volunta-  
tis bonam, velut effectum esse  
ut Philosophi loquuntur, con-  
vertibiles, & a se mutuo in-  
separabiles. §. Primo.

„His igitur & ejusmodi cre-  
bris locutionibus affirmativis,  
sicut significat Augustinus,  
hoc ipso, quo homini data  
est gratia, mox effectum se-  
qui, sic e contrario negative  
subinde ratiocinando docet,  
hoc ipso, quo effectu homo  
„desti-

„destituitur, nullam ei gratiam  
„collatam esse. §. *his igitur.*

„Ex cap. 4. lib. 2. cui titu-  
„lus est. *Affertur ex Augustino*  
„*ac declaratur discrimen adjutorii*  
„*sancæ voluntatis & ægrotæ.*

„Secundi generis adjutorium  
„non est tale, sed hoc ipso,  
„quo datur simul usus ejus, &  
„influxus potestatis datur. Est  
„enim hoc ipsum, quod suapte  
„efficacia facit influere facul-  
„tatem, nec facultatis ipsius  
„libero arbitratui subjacet, sed  
„invicte facit, ut hoc vel istud  
„arbitrium arbitretur, & velit.  
„Talis est influxus omnis caus-  
„sæ formalis, hoc ipso quippe,  
„quo adest justitia, fit justus  
„animus, & sine illa justus esse  
„nunquam potest. §. *ex isto.*„

„Ex cap. 14. lib. 2. Hoc e-  
„nim imprimis postulat solem-  
„nis ille loquendi modus, quo  
„juxta sacrarum Scripturarum  
„normam Augustinus & Con-  
„cilia docent, per istud Christi  
„adjutorium Deum facere, ut  
„arbitrium velit, ut consentiat,  
„ut operetur; nunquam autem  
„vel leviter insinuat, sed potius  
„expressis verbis negat, in ho-  
„minis

gratia  
titulus  
sima na  
od nra  
eum in  
infalli

probat  
n grati  
procee  
um et  
m ope  
i solet  
u ope  
datam  
o indi  
n caus  
olunta  
m esse  
; coo  
cuo ir

di cre  
tativis  
tinus,  
data  
m se  
rative  
ocet,  
nomo  
desti-

„minis lapsi sicut integri h  
 „voluntate relinqui, ut illu  
 „amplectatur, aut deferat.  
 „hanc igitur.,

„Ex cap. 28. lib. 2. Isti, r  
 „quam, gratiæ ostendimus d  
 „recte repugnare gratiam Chr  
 „sti, tanquam quæ non relin  
 „quit voluntatem in isto æqu  
 „librio, sed illud auferat.  
 „efficiat, ut velit. Ideo qu  
 „pe tribuitur, ut duritia  
 „resistentia cordis primitus a  
 „feratur. §. *hactenus.*.,

„Talem fuisse Jansenii d  
 „ctrinam adhuc patet, tum e  
 „quinque effectibus gratiæ  
 „quos tradit cap. 6. 7. 8. t  
 „ex octo illius proprietatib  
 „ac notis, quas ponit cap. 2  
 „tum ex discrimine adjutor  
 „sanæ & ægrotæ voluntat  
 „cap. 4. lib. 2. Cujus princ  
 „pium & fundamentum pos  
 „in libro singulari de grat  
 „primi hominis & Angelorum.

## III.

*Ad merendum &  
 demerendum in sta-  
 tu naturæ lapsæ*

## III.

„Ex cap. 24. lib. 6. de grat  
 „Salvatoris. Sexto opus e  
 „laude vel vituperio dignum  
 „meritorium vel demeritorium



non requiritur in  
homine libertas a  
necessitate, sed suf-  
ficit libertas a  
coactione.

ex hoc, quod est voluntarium,  
„spontaneum, non coactum,  
„tametsi sit determinatum ad  
„unum. §. Sexto.,

„Ex cap. 17. Sexto liberta-  
„tem voluntatis prorsus esse  
„inamissibilem, cum fieri non  
„possit, quin voluntas semper  
„velit, si velit, ipsum autem  
„velle, hoc ipso est liberum,  
„quo est velle voluntatis. §.

„Sexto.,

„Ex cap. 5. lib. 6. Nimirum  
„quia juxta doctrinam ejus a-  
„pertissime traditam, voluntas,  
„seu volitio, & libera voluntas  
„idem sunt, sicut velle, & li-  
„bere velle, & impossibile sit,  
„ut velle non sit liberum. §.  
„hinc ergo.

„Ex cap. 4. lib. 6. Recentio-  
„res enim imaginantur, illum  
„tantummodo actum esse in  
„nostra potestate, hoc est, in  
„libero nostræ voluntatis arbi-  
„trio, & illius tantum nos esse  
„dominos, quem pro libitu no-  
„stro positus omnibus ad agen-  
„dum necessariis possumus fa-  
„cere & non facere. Qua in  
„re, juxta Augustini Senten-  
„tiam creberrime nobis expli-  
„catam,

„catam, sine dubitatione sal-  
„luntur. §. *quæ cum.*„

„Ex cap. 8. lib. 6. Accedit  
„denique paradoxum in Augu-  
„stini doctrina inauditum esse  
„quantum ego eam perscrutari  
„potui, quod actus aliquis ve-  
„luntatis propterea liber sit  
„quia ab illo desistere voluntas  
„& non agere potest; cum po-  
„tius diametraliter e contra-  
„rio, semper ab eo propterea  
„libertas alicujus actus assera-  
„tur, quia voluntas eum agere  
„potest. §. *necquicquam.*„

„Hanc demum Jansenii meo-  
„tem esse, evidenter convinci-  
„tur ex eo, quod hæreticum  
„existimet asserere, requiri  
„differentiam ad libertatem  
„atque illam indifferentiam in  
„primo homine statuit, post  
„nempe in æquilibrio, cuius  
„libero gratiæ usus vel non  
„usus subdebatur arbitrio, sed  
„in illo per peccatum depen-  
„ditam vult indifferentiam: &  
„peccantem peccandi subsec-  
„tam necessitatem: Sic in li-  
„bris de statu naturæ lapsæ, &  
„de gratia Salvatoris, quapro-  
„pter in illis gratiam astruit,  
„quæ

„quæ non tantum det posse;  
 „quam vult esse Semipelagia-  
 „norum, sed etiam det ipsum  
 „operari, solamque libertatem  
 „a coactione remansisse contē-  
 „dit, & pluribus probat tum  
 „ex libertate Dei, Christi, &  
 „Beatorum, tum ex Patrum  
 „& antiquorum Theologorum  
 „authoritate, toto libro sexto  
 „& septimo de gratia Salvato-  
 „ris. „

IV.

IV.

*Semipelagiani ad-  
 mittebant præve-  
 nientis gratiæ in-  
 terioris necessita-  
 tem ad singulos  
 actus, etiam ad  
 initium fidei, &  
 in hoc erant hæ-  
 retici, quod vel-  
 lent eam gratiam  
 talem esse, cui pos-  
 set humana volun-  
 tas resistere, vel  
 obtemperare.*

„Ex lib. 8. cap. 6. Cui titu-  
 „lus est, *tertia gratia generalis*  
 „*Massiliensium est actualis, inter-*  
 „*na, & sufficiens ad credendum,*  
 „*non ad operandum.* Late ex  
 „principiis Augustini & Massi-  
 „liensium astringitur, aliqua de  
 „natura ejus. In hoc ergo pro-  
 „prie Massiliensium error situs  
 „est, quod aliquid primævæ  
 „libertatis reliquum putant,  
 „quo sicut Adam, si voluisset,  
 „poterat perseveranter operari  
 „bonum, ita lapsus homo sal-  
 „tem credere posset, si vellet,  
 „neuter tamen absque interio-  
 „ris gratiæ adjutorio, cujus  
 „usus vel abusus relictus esset

*Hist. Eccles. Tom. LXXI.*

R

„in

„in unius cujusque arbitrio  
„potestate. §. hoc est.

„Ex cap. 12. lib. 2. de gratia  
„Salvatoris. Hoc igitur modo  
„quia Massilienses cum gratia  
„præsantis adjutorio putabant  
„hominem per naturales pro  
„mæ integritatis reliquias per  
„se credere, posse errare ac de  
„siderare Deum, tanquam gra  
„tiæ medicinalis destructores  
„& liberi arbitrii præsumptores  
„res merita censuræ severitate  
„damnati sunt. §. quæ quædam

„Ex cap. 9. Cum igitur  
„centiorum adjutoria nihil om  
„nino compleant, nisi plene  
„volendi agendique facultatem  
„cujus jam adjutorio instruitur  
„tanquam naturalis cujuslibet  
„facultatis usus & non usus  
„actio & cessatio libertati libe  
„ditur, profecto & cæcis mani  
„festum est, impossibile esse  
„ut aliud sit istud adjutorii  
„nomen quam possibilitatis, quæ  
„Pelagianus error asseruit, non  
„voluntatis & actionis, quæ  
„Augustinus ex Scriptura præ  
„dicavit. §. cum igitur.

„Ex cap. 12. Memoria rec  
„lendum est id, quod latissime  
„alibi

„alio loco tradidimus, Semi-  
 „pelagianos ad illud initium fi-  
 „dei, orationem, desideria,  
 „similesque actus bonos, quos  
 „in hominis potestate reman-  
 „sisse sentiebant, veræ internæ,  
 „actualisque gratiæ adjutorium  
 „statuisse necessarium, & hoc  
 „ipsum sanctum Augustinum,  
 „quod cum Semipelagianis er-  
 „rabant, agnovisse. §. Quinto.

„Ibidem. Istud vulnus arbi-  
 „trii, ista plaga voluntatis, ista  
 „infirmatio libertatis non ma-  
 „gis isto Adami, vel Angelico,  
 „vel sufficienti, vel congruo sa-  
 „natur aut juvatur adjutorio,  
 „quam si cæcatis oculis lumen  
 „accenderes. §. quæ quamvis.

„Ibidem. Hoc libertati tribue-  
 „runt Massilienses, ut eo ad-  
 „iuta crederet voluntas pro-  
 „strata si vellet: hoc tribuunt  
 „Neoterici, ut per illud & cre-  
 „dat, & speret, & diligat, om-  
 „nesque superet tentationes,  
 „si similiter velit. §. quæ quam-  
 „vis.,

„Ex lib. 8. de hæresi Pela-  
 „giana cap. 6. Itaque Massilien-  
 „sium opinionibus, & Augu-  
 „stini doctrina quam diligen-  
 R 2 „tissime

„tissime ponderata, certum esse  
 „indubitatum esse, debere se-  
 „tio, quod Massilienses præte-  
 „prædicationem atque naturam  
 „veram etiam & internam,  
 „actualement gratiam ad ipsam  
 „tiam fidem, quam humane  
 „libertatis & voluntatis adfer-  
 „bunt viribus, necessariam esse  
 „fateantur. §. itaque.

„Hunc esse Jansenii sensum  
 „probat illud, quod docet totus  
 „lib. 8. de hæresi Pelagianorum  
 „tum ex iis, de gratia sufficienti  
 „nempe monstrum esse: Semper  
 „pelagianorum commentum  
 „peccati originalis virus esse  
 „cuare: adhuc naturæ gratia  
 „Christi, & Augustini prima  
 „piis penitus contrariam; lib. 4.  
 „de gratia Salvatoris, tum  
 „quia Pelagianos, & Massilien-  
 „ses errasse contendit in hoc  
 „quod gratiam, quæ voluntate  
 „tem relinqueret indifferentem  
 „astruerent; quæstionem enim  
 „fuisse præcipue de illius opo-  
 „randi modo, ac circa illius  
 „eos præsertim arbitratur esse  
 „rasse cap. 9. & 12. lib. 2. de  
 „gratia Salvatoris.” V. „Ex

V.

V.

*Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.*

„Ex cap. 21. lib. 3. de gratia Salvatoris, cui titulus est: „*Quomodo Christus sit Redemptor omnium, pro omnibus crucifixus, & mortuus.*

„Sed aliud argumentum pro gratia sufficienti omnium proferri solet, quia Christus est Redemptor omnium. Respondetur, & hoc argumentum, sicut omnia præcedentia, jam olim ad nauseam usque a Pelagianis, præsertim Massiliensibus, inculcatum fuit, ut mirum sit, recentiores tanto studio trita hæreticorum arma colligere, & absoleta recedere. §. respondetur.

„*Ibidem.* Nec enim juxta doctrinam antiquorum, pro omnibus omnino Christus passus, aut mortuus est, aut pro omnibus omnino tam generaliter sanguinem fudit, cum hoc potius tanquam errorem a fide Catholica abhorrentem doceant esse respuendum. §. ex quibus.

„*Ibidem.* „Pro istis (id est prædestinatis) in æternum vivificandis mortuus est, pro istis

R 3

„ab

„ab omni malo liberandis ro-  
 „vit Patrem suum, non car-  
 „ris, qui a fide & charitate de-  
 „ficientes in iniquitate moriun-  
 „tur. „

„Ex cap. 20. respondent (i-  
 „est Theologi) Deum velle  
 „omnes Salvos fieri, si ipsi ho-  
 „mines velint, hoc est, si de-  
 „vinæ gratiæ cooperari velint  
 „quod idem & alii dicere soleant  
 „Deum omnes homines velle  
 „salvos fieri, quantum in ipso  
 „est. §. quodsi.

„Sed contra istam istius Aug-  
 „stolici loci explicationem mul-  
 „ta dici possunt, quibus pro-  
 „betur, eam non esse genuinam  
 „imo contrariam divinæ gratiæ  
 „sinceritati. Nam primo, quod  
 „non exiguum isti interpre-  
 „tationi præjudicium facit, si  
 „explicuerunt eum hostes gra-  
 „tiæ, Pelagiani & Semipelagi-  
 „giani. §. sed contra.

„Ex cap. 21. lib. 3. Quæ si-  
 „ne in Augustini doctrina per-  
 „spicua certa que sint, nulli  
 „modo principiis ejus confes-  
 „sionem est, Christum Domi-  
 „num vel pro infidelium in in-  
 „fidelitate morientium, vel pro  
 „iusto



„justorum non perseverantium  
 „æterna Salute mortuum esse,  
 „sanguinem fuisse, semetipsum  
 „redemptionem dedisse, Patrem  
 „orasse sentiatur; scivit enim,  
 „quo quisque jam ab æterno  
 „prædestinatus erat, scivit hoc  
 „decretum neque ullius pretii  
 „oblatione mutandum esse, nec  
 „seipsum velle mutare. §. quæ  
 „sane. „

*Ibidem.* „Nam illa extensio  
 „tam vaga modernorum scri-  
 „ptorum non alio ex capite,  
 „quam ex illa generali & in-  
 „differenti voluntate Dei erga  
 „Salutem omnium, & ex illa  
 „sufficientis gratiæ omnibus  
 „conferendæ præparatione flu-  
 „xit; quorum utrumque Au-  
 „gustinus, Prosper, Fulgentius,  
 „& antiqua Ecclesia velut Ma-  
 „chinam a Semipelagianis in-  
 „troductam repudiavit. §. quæ  
 „sane.

„HÆC GENUINA JANSENI  
 „DOCTRINA, comprobatur  
 „tum ex iis, quæ docet lib. 10.  
 „cap. 3. Caussam nempe repro-  
 „bationis massam damnationis  
 „esse, sive peccatum originale,  
 „tum ex iis, quæ tradit cap. 3.

R 4

„paral.

„paral. nimirum, propositum in  
 „Deo generale, totum genus  
 „humanum restaurandi, tradidit  
 „disse Massilienses, tanquam in  
 „concussum suæ Sententiæ fun-  
 „damentum, & in hunc se-  
 „sum Apostoli locum, qui vul-  
 „omnes homines salvos fieri  
 „detorfisse; atque Augustini le-  
 „sum de folis prædestinatis, tan-  
 „quam nimis durum repudiasse  
 „ita nota 31. 32. 33. tum patet  
 „adhuc ex iis, quæ ponit lib. 3.  
 „cap. 21. Christum pro reprobis  
 „suum non obtulisse sanguinem  
 „imo nec potuisse; quia contra  
 „decretum Dei immutabile, de  
 „reprobis ex perditionis massa  
 „non extrahendis, ipsi cogita-  
 „tum, orare non potuit.  
 „Alia Jansenii loca pene in-  
 „numera notari possent, cum  
 „totus illius operis scopus sit,  
 „gratiam sufficientem, liberta-  
 „tis indifferentiam, voluntate  
 „tem antecedentem in Deo, &  
 „generalem salvandi omnes ho-  
 „mines, tanquam profana &  
 „hæretica Pelagianorum & Semi-  
 „pelagianorum dogmata pro-  
 „scribere. Sed prædicta loca an-  
 „notasse sufficiat.